

is, amissio temporis, infania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudine morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. *Ad sacras surg.*

Ebrietas in utroque sexu cuncta mala appetit, & nefanda committit, & ut ait Apostolus, regna cœlestia appetentibus denegat. *ibid. dem.*

Quisquis immoderatus conuiuioque medius, amissis modestiæ fructibus, infana fuerit ebrietate prostratus, aduersus respicit, stantes, quos integros videre nequit, aut sermone longo superflua verba emittit, & vana dicta componit, male clamans, & bene sibi sonans. *ibid.*

Ebrius vultu deiecto supinus accumbit, & sui omnino nescius spectaculum se conuiuio præbet, & dum nihil consequitur sanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa decreta, in medium prodat. *ibid.*

Assumit inter pocula iniusta & certamina, & nullis existentibus causis asperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum sana dicta non patitur audire, sed in contumelia exigitur conuiuiarum, & proximorum crimina. Vinum potatum moderatè est medicamentum: plus isto sumptum venenum esse cognoscitur. Iucunditati, non ebrietati creata est vini materia. *ibid.*

Per vinolentiã plurimi plurimæque à sancto pioque proposito exciderunt, & sui obliti, amissis honoribus, ignobiles remanserunt, & sedibus paternis profugi vitam, ut sumptuerunt, finierunt. *ibid.*

Innumerabiles iugum dominationis diu recusantes, violentia in alienum redegit arbitrium. Alexander, omnium victor vino victus est, infanti verò nimio vino impellente, iniusta impiæque homicidia commiserunt, quam plurimæ vrbes diu obsessæ, nec raptæ, custodiis somno vinoque sepultis, & hosti patefactæ sunt, & incendiis concremata. *ibid.*

In ebriis non ratio vlla, non vllum vitæ gerendæ consilium, nec vlla artium, nec gestorum aut lectionum memoria, aut industriæ prouidentia est. *ibid.*

Sobrietas in fœminis ad terram deponit aspectum, ebrietas autem amisso pudore inuerecundus erigit vultus. *ibid.*

Sobrietas cum summa trepidatione & silentio irreprehensibile emittit verbum: ebrietas vero immoderatum facit fœminæ & sermonem & vultum. *ibid.*

Valde turpe est, ut quam non vincit homo, vincat libido, & obruatur vino, qui non vincitur ferro. *Epid. 18.*

Ebrietas est blandus dæmon, dulce venenum, suaue peccatum, quam qui habet, se ipsum non habet, quam qui facit, peccatum non facit, sed torus est peccatum. *in quod serm.*

Quicumque ad bibendum pronus fuerit vel conuiuio alios suos adiuuabit, pro se, quod pro ipsis in die iudicii reus erit. *ibid. dem.*

Ebriolus, quum absorbet vinum, absorbetur à vino, abominatur à Deo, despicitur ab Angelis, deridetur ab hominibus, destituitur à virtutibus, confunditur à dæmonibus, conculcatur ab hominibus. *Lib. de poenit.*

Ebriolus confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem æternam. *ibid.*

Noë ad vnius horæ ebrietatem nudauit femora sua, quæ per sexcentos annos contexerat. *Hier. epist. ad Ocean.*

In vino luxuria est, vbicunque saturitas & ebrietas, ibi libido dominatur. *In epist. ad Titum.*

Ebrietas est, per quam menti quædam subobliuio generatur ex superfluo portuum indulgentia. *Isid. l. 3. etym.*

Nihil est ita dæmoni amicum, sicut ebrietas & lasciuia, quæ est mater omnium vitiorum. Ante omnia autem vitetur à clericis, quæ omnium peccatorum radix ac nutrix est. *Chrysof. super Matth.*

Mânebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat & consorte sua naturæ officia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Non illis solis nocent vina, quos tentant: sed & illis amplius, quorum oculis, temulenta ebriorum membra nudantur, fuit ebrietas origo incesti, & *Amb. l. 1. de Helia, &c.*

Ebrietas iudicium rationis offuscat: contentiones & bella procurat: robur & naturalem virtutem eneruet: infirmitatem generat: mortem naturalem adducit: rebus temporalibus spoliatur, & quod deterius est, diuinam maledictionem inducit. *Hug. de sancto Victore.*

Ebrietas in laico crimen est: in sacerdote sacrilegium: quia alter animam suam necat vino, alter spiritum sanctitatis extinguit. *Pet. Rau in quod ser.*

Ebrietas mater litium, furoris generatrix, petulantix magistra, hanc qui habet, homo non est, hanc qui habet, non peccatum facit, sed est ipse peccatum: hæc enim est rabies voluntaria, inuitatus hostis, illecebra honestatis, & pudoris iniuria. *ibid.*

Vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia decuiant, iudicia subuertuntur. *ibid.*

§ POETICÆ SENTENTIÆ.

Menander.

Καλὸν τὸ πίνειν ἢ τὰ πολλὰ κρασιῶν ἀλλ᾽.

*Pulchrius est sobrium esse quam vultu laborare cupula.*  
Ο πολὺς ἀκρατος μᾶλλον ἀσάκηζεν ἢ φρονεῖν.  
Multum merum pauca cogit sa pere.

Plautus in Pseudolo.

Magnam hoc vitium est vino,  
Pedes captat primum, luctator dolosus est.

Terent. in Eunuch.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Virg. de Vin. & Venere.

Nec Venere, nec tu vini capiaris amore,  
Vno namq; modo vina Venereq; nocent.  
Vt Venus enervat vires sic copia Vini,  
Et tentat gressus, debilitatq; pedes.  
Multos cæcus amor cogit secreta fateri,  
Arcanum demens detegit ebrietas.  
Bellum sape perit serus exitiale Cupido,  
Sape manus isidem Bacchus ad arma vocat.  
Deniq; cum mentes hominum surratis uterq;  
Et pudor & probitas, & metus omnis abest.  
Compedibus Venere, vinculis astringe Lyäum,  
Ne te muneribus ladat uterq; suis.  
Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis:  
Sed fines horum transilisse nocet.

Ouid. Metamor. lib. 7. fab. 8.

Nec non & carmina, vino  
Ingenium faciente, canunt.

Ouid. lib. Metamor. 12. fab. 3.

Ebrietas geminat a libidine surgit.  
Ibidem.

Vina dabant animos.

Ibidem.

Vinoq; leuant curasq; sitimq;.

Ouid. Amor. lib. 1. eleg. 6.

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile suadent:  
Ista pudore vocat, Liber amorq; metu.

Idem lib. 1. de Arte amandi.

Vina parant animosq; faciuntq; caloribus aptos.  
Cura fugit multo diluiturq; mero.

Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,  
Tunc dolo, & cura, rugaq; frontis abest.

Tunc aperit mentes auro rarissima nostro  
Simplicitatis, artes excusiente Deo.

Propert. lib. 2. eleg. vlt.

Vino forma perit, vino corrumpitur atas,  
Vino sape suum nescit amica virum.

Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Adde merum, vinoq; nouos compecco dolores,  
Occupat ut festis lumina vitæ sopor.

Horat. carm. lib. 1. Od. 18.

Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neq;  
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.  
Quis non te potius Bacche pater teq; decens Venus?  
At ne quis modici transiliat munera Liberi  
Centena monet cum Larychis vica super mero debellata.

Horat. lib. 1. epist.

Quid non ebrietas designat? operta recludit,  
Spes inber esse ratas, in pralsa irudit inermem.  
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.  
Facundi calices, quem non fecere disertum?  
Contracta quem non in paupertate solutum?

Horat. lib. 2. serm. satyra.

Vides ut pallidus omnis  
Cena desurgat dubia? quum corpus onustum  
Hesternis viuis animum quoq; pregrauat vna,  
Atq; affigit humo diuine particulam aura.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Comestationibus & ebrietatibus species dotata permutatim cum prædicta, tanquam causa ad causatum genus gaudet sustineri. Coitum enim facit ebrietas relatiue, nec non & cætera vitiorum genera. Vinum autem modice sumptum acuit ingenium, & intellectui videtur afferre acumen. Non modice autem sumptum, rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, ignauiam producit. Vbi est ebrietas, ibi dominatur fortuna, vbi fortuna, ibi nulla sapientia, sed insipientia peruagatur. *Baorsus lib. de Schol. disciplina.*

Sapientis vii super mensam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet: Secunda ad hilaritatem: Tertia ad voluptatem: Quarta ad insaniam. *L. Apuleius Florid. 3.*

Comes ebrietatis obliuio est, opinio, his ortus est memoria defectus. *Macrob. l. 1. sup. somnium Scipianis.*

L. L. §

Nam